Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Rudolphi Goclenii Exercitationes et disputationes ethicae & politicae

Goclenius, Rudolph

Marpurgi Cattorum, 1601

LXXXIIII. An juftitia commutatica & arithmetica aequalitas in contractibus tantum usum babeant?

urn:nbn:de:bsz:31-109121

Visual Library

benefactorem: tum ad officia mutua δυνατὰ, id eſt, quæ præſtari poſſunt. Nec enim ſemper requiritur ęqualitas arithmetica: quę quidem juſta eſt: ſed ſæpenumerò fieri à nobis non poteſt. Neque etiam geometrica: cùm & hæc non ſemper ſit poſſibilis. Sufficit igitur conſonantia in voluntate: ut in græco dicitur verſu: χαρίτων δέ τε θυμὸς ἄριστος. In Ariſtotele igitur Geometrica proportio παραστατικῶς, ſeu, ut loquuntur, cum latitudine aliqua accipienda fuerit, ut Harmonica in ea contineri intelligatur.

LXXXIIII.

An Juſtitia commutativa & arithmetica æqualitas in contractibus tantùm uſum habeant?

Negatur.

JUSTITIA συναλλακτικὴ dicitur, nō quòd tantùm habeat locum in contractibus & συναλλάγμασι: ſed quòd maximè in his ſpectetur. Uſum igitur habet, ubicunque eſt rerum æſtimatio aut compenſatio: ut in judiciis, in quibus non modò damni & lucri, ſed etiam delicti & pœnæ fit æſtimatio. Sicut fit in pœna talionis, quæ hodie ſervatur in puniendis homicidiis. Qui enim humanum ſanguinem effudit, ejus ſanguis viciſſim effunditur. In cæteris delictis æqualitas ferè quæritur ex proportione geometrica. Dicitur autem Talio

ἀντιπα-